

15. Procès de sorcellerie intenté contre Jordane de Baulmes, de Corsier 1477 septembre 9 – novembre 13. Château d'Ouchy; Château Saint-Maire

Résumé : *Jordane de Baulmes, de Corsier, comparait le 9 septembre 1477, devant l'official Baptiste d'Aycard et le vice-inquisiteur Pierre de Pascua, au château épiscopal d'Ouchy. Pendant les trois premières séances, l'inculpée avoue uniquement avoir abandonné ou tué ses enfants nouveau-nés, dont elle avait accouché en secret. Le 13 septembre, suite à la quatrième monition, le procureur de la foi Mermet Nycod demande la sentence interlocutoire afin de soumettre Jordane à la question, laquelle sentence sera rendue par la cour le même jour et exécutée immédiatement, sans obtenir pourtant des aveux touchant au crime de sorcellerie. Les interrogatoires se poursuivent le 15 et aussi le 17 septembre, sans résultat évident. Au moment de commencer une deuxième séance de torture, Jordane promet à la cour d'avouer. Le 18 septembre, elle avoue et dénonce un homme, mais elle se rétracte trois jours plus tard. Finalement, le 10 novembre 1477, Jordane comparait à nouveau devant l'official au château d'Ouchy pour ratifier et poursuivre ses aveux, et elle dénonce cinq personnes (4 hommes et 2 femmes). Le 13 novembre, au château épiscopal Saint-Maire, l'inculpée ratifie à nouveau ses aveux. Ce même jour, l'official Baptiste d'Aycard clôt le procès et assigne les parties au lendemain pour la publication de la sentence [de mort par le feu].*

Commentaires : *Les procès de Jaquet de Panissère (SDS VD D/1 14 : ACV, Ac 29, p. 228–258), Jordane de Baulmes (SDS VD D/1 15 : ACV, Ac 29, p. 208–227), Claude Bochet (SDS VD D/1 16 : ACV, Ac 29, p. 264–275), Jean Poesiouz (SDS VD D/1 17 : ACV, Ac 29, p. 301–312), Jeannette Barattier (SDS VD D/1 18 : ACV, Ac 29, p. 276–300), Antoine de Vermex (SDS VD D/1 19 : ACV, Ac 29, p. 313–327) et Jean Gallot (SDS VD D/1 20 : ACV, Ac 29, p. 333–348) ont tous été intentés entre 1477 et 1484. Ils sont les témoins d'une nouvelle chasse aux sorciers menée sur la Riviera lémanique, après la première vague des années 1448–1449.*

Le procès de Jordane de Baulmes occupe les pages 208 à 227 du registre ACV, Ac 29 ; les pages 221 à 224 ont été laissées en blanc, tout comme la page 226, qui a servi de verso à la page de couverture de l'ancien dossier. Sur cette dernière se trouvent trois notes qui font allusion aux noms de personnes dénoncées, mais qui ne proviennent toutefois pas de la même main ; chacune doit être attribuée à un auteur différent. On retrouve ces trois mains dans les inscriptions dorsales que porte le dossier Panissère. La première page du procès est identique à la page de garde de l'ancien dossier.

La page 225 comporte des notes qui correspondent aux aveux reportés aux pages 218 à 220. La teneur de ces notes étant plus brève et l'écriture étant nettement moins soignée, cette page a dû servir de brouillon au notaire chargé de rédiger les actes de procès. Il en est de même pour le résumé de la première monition et de l'interrogatoire de Jaquet de Panissère. Si le reste du procès-verbal peut être attribué au notaire De Cresto, qui signe à la fin du procès, ces deux paragraphes ont été rédigés et signés par le notaire André Delayens. La première note marginale tout comme le premier titre proviennent d'une main inconnue. La même main se retrouve dans le dossier Panissère, dans les notes marginales relatives aux différentes monitions. Il faut se demander si elles ne relèvent pas de la main de l'official Baptiste d'Aycard.

[Note d'archives dans la marge de gauche par une main du XX^e siècle:] 1477
1477^a

[9 septembre 1477]

Secunda monitio Jordane

5 ^cDie martis nona mensis septembris [09.09.1477], Jordana de Balmes^d de Corsiez interrogata per dominum officialem¹ et ^e fratrem Petrum Pascua loco inquisitoris, in presentia <mis>, notarii, et fratris Germani, etc.; que mediante juramento dixit et recognovit alias residentiam fecisse in Friburgo in domo Johannis Castelli. Prima^b
monitio

10 Interrogata an cognoverit sive noticiam habuerit in^f Friburgo de Hansone Bisto, que respondit quod non, sed bene eum cognovit apud Corsiez.

Interrogata ulterius an cognoscat Gerardum Reymond de *Schaux*, dixit quod sic et quod eidem Gerardo [...] ^{g2} quadam die sabati, sunt duo anni [1475], in Rivere, veniendo de vineis. Quiquidem Gerardus ^h eidem Jordane dixit: « Veni falsa mulier, heretica, tu fecisti mori bestias meas et adhuc habeo unum <bovum> malesanum, de cuius vita non spero. Sed si moriatur, ego te faciam comburi, Monita est
tertio et pro
tertia
dilatione
15 quia tu es heretica ». Tunc ipsa dixit et respondit quod nesciebatur.

ⁱPresentibus Antonio nepote domini officialis, fratre Germano ordinis Predicatorum; dominus officialis prefatus monuit dictam Jordanam pro secunda
20 dilatione et assignata [est]^j ad cras [10.09.1477] pro tertia.

[Signature:] Delayens [Seing/signe notarial]ⁱ

^kEadem die [09.09.1477] fuit monitus Jacobus de Panissiez alias Magnyn pro tertia monitione. Qui interrogatus per dominum officialem nichil confessus fuit et est assignatus ad cras [10.09.1477] ad audiendum interloqui per
25 dominum^{-k 3}

[11 septembre 1477]

^lAnno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo septimo [11.09.1477]⁴, in castro Ochiaci, videlicet in magna aula dicti castri personaliter constituta Jordana uxor Rodulphi de Baumes de Chaulx parrochie de Corsier supra Vi-
30 viacum coram venerabili et <circonspecto> viro domino Baptista de Aycardis vicario et officiali reverendi in Christo patris et domini domini Benedicti de Monteferrando episcopi Lausannensis et comitis, necnon coram religioso viro fratre Petro de Pascua ordinis fratrum Predicatorum pro parte reverendi patris fratris Thome Gogati heretice pravitatis inquisitoris in civitatibus et diocesibus
35 Lausannensi, Gebennensi, Sedunensi ac alibi, auctoritate apostolica specialiter deputatii, interrogata per quos supra mediante juramento super sacrosanctis Dei euvangeliiis prius per ipsam corporaliter tactis, ^m-an esset^{-m} aliquid / [p. 209] advisata, queⁿ respondit et dixit quod de facto heresis nichil scit et quod in se nullum peccatum habet, nisi^o quod commisit adulterium semel dumtaxat, et

quod illud peccatum confessa fuit religioso viro fratre Anthonio Borzelli ordinis fratrum Predicatorum Lausannensis, et aliud nescit.

Qua audita, fuit monita per quos supra pro secunda monitione sibi semper presentando misericordiam Ecclesie, assignando ipsam ad diem veneris futuram [12.09.1477] ad se advisandum. Datum die^p jovis post nativitatem beate Marie virginis, anno^q quo retro [11.09.1477], presentibus ibidem religiosis viris fratribus Germano d'Aclini et Ludovico Cacybodi ordinis Predicatorum necnon honorabilibus viris dominis Anthonio Michodi et Nycodo Cutalier cappellanis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[12 septembre 1477]

Anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo septimo die vero veneris post nativitatem beate Marie virginis [12.09.1477], personaliter constituta prefata Jordana in castro Ochiaci, videlicet in magna aula coram dominis supradictis, et per ipsos interrogata an^f esset aliquid advisata; que incontinenti respondit quod de facto heresis nichil scit, licet ipse sit peccatrix et quod in se habet unum magnum peccatum.

Interrogata quod peccatum habet, dixit et respondit quod sunt circa viginti anni elapsi [1457] quod ipsa fuit in magna differentia inter se et virum suum in tantum quod propter debatum illum ipsa dimisit virum suum tempore vindeniarum et ivit^s ad parentes suos in Turre Viviaci. Et ipsos iuvit ad vindinandum versitam tribu aut quatuor diebus; post hoc ipsa dixit parentibus suis differentiam et debatum quem habebat cum viro suo. Qui ipsam duxerunt tunc Friburgum. Et ipsa tunc existente in Friburgo, quidam socius, cuius nomen nunc ignorat, cepit eam diligenter in tantum quod ab ipso concepit unam filiam. Videns ille socius quod dicta Jordana gravida erat, dimisit ipsam nec sibi voluit dare aliquod juvamen, propter quod, ipsa existente in puerperio dicte filie secrete peperit et portavit summo mane juxta fontem quando itur ad stuphas Friburgi infra villam. Et mulieres de mane reperierunt dictam filiam et portaverunt ante ymaginem gloriose virginis Marie, et revixit fuitque, ut credit, ^t-baptisata et sepulta^t. / [p. 210]

Homicidium

Item dixit et confessa est quod hoc facto, ipsa iterum iniit mansum versum Grueriam ad quoddam vilagium vocatum Estaveni. Et ipsa^u existente ibi, iterum a quodam alio socio ipsa habuit unum puerum^v. Qui socius nullum juvamen sibi voluit dare. Videns dicta Jordana negligentiam dicti socii, fuit in magna tristitia constituta in tantum quod ipsa existente in puerperio, ipsa secrete peperit et ipsum puerum incontinenti retro quadam domum sine baptismio infoveavit sive sepelivit, et aliud nescit.

Qua audita fuit monita per quos supra pro tertia monitione, quatenus puram et integram veritatem confiteri vellet, sibi presentando misericordiam Ecclesie, assignando ipsam ad diem sabati futuram [13.09.1477] ad se advisandum.

Datum die et anno quibus supra, presentibus ibidem religioso fratre Germano d'Aclini ordinis fratrum Predicatorum, venerabili^w viro^x domino^y Mermeto Nycodi necnon nobilibus viris Johanne Gaudi et castellano Ochiaci⁵, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

5 [13 septembre 1477]

Anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo septimo die sabati post nativitatem beate Marie virginis [13.09.1477], coram prefatis dominis in loco supradicto personaliter constituta prefata Jordana ; per quos supra fuit monita pro quarta monitione de gratia speciali, quatenus vellet confiteri casum suum, presentandum sibi misericordiam Ecclesie. Et fuit interrogata an esset aliquid
10 advisata, que respondit quod nichil aliud scit, nisi id quod eri [12.09.1477] confessa est, videlicet de illis duobus pueris per ipsam turpiter habitis et occisis. / [p. 211]

Qua audita, venerabilis vir dominus Mermetus Nycodi tanquam procurator
15 fidei petiit et dixit quod attentis perjuriis, variationibus, accusationibus et diffamationibus contra prefatam Jordanam laborantibus, ipsam condempnari torture subbiciendum, donec et quousque veritas ab ore suo habeatur.

Audientes prefati domini iudices petitionem dicti procuratoris fidei, ipsam
20 verbis gallicis advisaverunt, videlicet quod antequam sententia interlocutoria legeretur, veritatem puram diceret, que, ut prius, respondit se nichil scire.

Qua audita, venerabilis dominus officialis legit sententiam interlocutoriam in hunc qui sequitur modum:

† Christi nomine invocato, a quo omne rectum procedit iudicium, non de-
25 clinantes a dextris neque a <sinestris>, sed equo libramine procedentes ut de vultu Dei nostrum prodeat iudicium, Interlocutoria attenda petitione dicti procuratoris fidei
juridica et attentis tuis, Jordane, perjuriis, diffamationibus et accusationibus
contra te laborantibus, contra te sic procedendum et declaramus te, Jordanam
delatam torquendam et torture subbiciendam fore, donec et quousque veritas
30 ab ore tuo habeatur, citra tamen^z mortis periculum, sanguinis effusionem et membrorum mutilationem, ^{aa-}de quo^{-aa} solempniter et expresse protestamur.

Qua sententia sic lecta, procurator fidei petiit executioni demandari. Que-
quidem Jordana fuit ducta ad locum torture et ibidem ligata et modicum a terra
levata. Et per dominos quos supra interrogata si esset aliquid advisata et si
vellet aliquid confiteri, que respondit quod de facto heresis nichil scit. Que fuit
35 deligata et relaxata. Nichil aliud voluit confiteri, quare fuit assignata ad diem
lune futuram [15.09.1477] ad se advisandum et confitendum, alias torture conti-
nuandum. Datum die et anno quibus supra [13.09.1477] et presentibus quibus
supra.

[15 septembre 1477]

Anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo septimo [15.09.1477]⁶, in aula Ochiaci coram quibus supra personaliter constituta prefata / [p. 212] Jordana inquisita, et per ipsos interrogata utrum ipsa sit advisata, que respondit quod sunt viginti anni elapsi vel circa [1457] quod ipsa existente in Friburgo, ipsa a quodam socio habuit unam filiam, prout jam confessa est. Quam incontinenti post ipsius partum ipsa portavit dictam filiam juxta fontem quando abitur ad stuphas infra villam Friburgi, et incontinenti mulieres reperierunt et ipsam portaverunt ante ymaginem virginis Marie, et revixit fuitque baptisata et sepulta.

Interrogata si unquam confessa fuit illud peccatum, que dixit quod sic, videlicet domino Petro Moron, qui eam remisit ad curatum, et curatus remisit ipsam domino episcopo, sed ipsa non reperit dominum episcopum, ymo confessa est fratre Anthonio Borzelli ordinis fratrum Predicatorum Lausannensis, qui ipsam absolvit.

Item dixit quod ante dixerat quod in Grueria habuerat unum^{ac} puerum, de quo mentita est quia numquam traxit moram in^{ad} Grueria nec ibi prope.

Interrogata quare hoc dixerat, dixit quod propter hoc: credebat quod relaxaretur a carceribus; et aliud nescit.

Qua audita, fuit assignata per quos supra ad diem crastinam ad se advisandum alias ad sibi continuandum torturam. Datum die lune^{ae} post nativitatem beate Marie virgini anno quo supra [15.09.1477], presentibus ibidem venerabili viro domino Mermeto Nycodi capellano et nobili castellano Ochiaci testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[17 septembre 1477]

Anno Domini millesimo CCCCLXX septimo die vero mercuri post octavam^{af} nativitatis beate Marie virginis [17.09.1477], in castro Ochiaci personaliter constituta prefata Jordana et per quos supra interrogata an esset aliquid advisata, que respondit quod de facto heresis nichil scit. / [p. 213]

Item fuit interrogata per dominum inquisitorem an ipsa sciat opera que heretici faciunt, que dixit quod audivit dicere quod in eorum secta ipsi bibunt et comedunt.

Item interrogata quid bibunt et comedunt, dixit quod audivit dicere quod^{ag} comedunt carnes puerorum et quod ipsi habitant simul more brutorum.

Interrogata cui audivit dicere, dixit quod non recordatur. Et a quo tempore audivit talia dicere, dixit quod sunt bene viginti anni [1457].

Item interrogata quomodo vadunt, dixit quod audivit dicere quod vadunt supra unam scobam quam unguunt quodam unguento, et quod non signant se.

Item interrogata qua hora vadunt, dixit et respondit quod nescit, quia numquam audivit dicere.

Item interrogata si aliud sciat, dixit quod non, nisi quod nocte preterita ipsa existente in carcere, venit magna multiudo candelarum circumcirca ipsam et quedam cultine ante ipsam.

Item interrogata cuius coloris erat lumen illarum candelarum, dixit quod erant coloris blovaz, et aliud nescit.

Qua audita, procurator fidei petiit sibi continuari torturam. Quequidem Jordana ducebatur ad locum torture, ducendoque ipsam, ipsa existente prope portam torture, ipsa dixit rogando quod rederetur in alio loco⁷.

Item interrogata quare hoc dicebat, dixit et respondit: « Quia forsitam dyabulus est absconditus supra me, qui non permitit me loqui ». Et hoc dicendo quasi fuit strangulata perdiditque loquelam fere per dimidiam horam^{ah}; quare fuit assignata ad diem crastinam [18.09.1477] ad se advisandum. Datum die et anno quibus supra [17.09.1477], presentibus quibus supra. / [p. 214]

[18 septembre 1477]

Anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo septimo die vero jovis ante festum Sancti Mathei apostoli [18.09.1477], in castro Ochiaci personaliter constituta prefata Jordana inquisita coram prefatis dominis iudicibus et per ipsos interrogata an esset aliquid advisata, que respondit quod sic, dicendo quod sunt bene viginti anni elapsi [1457] quod propter quendam debatum quem habuerat cum viro suo, ipsa iniit mansum Friburgum ubi habuit unam filiam, prout jam dixit, et postmodum iniit mansum apud Marlie ad domum dicti Tacunat. Et ipsa existente in dicta domo, uxor dicti Tacunat misit ipsam ad baptitorium ad verberandum bladum, et ipsa sola existente in dicto <baptintorio> cum magna tristicia, venerunt sex aut septem lepores unacum quodam homine vestito de nigro. Qui homo assimilabatur cuidam magno domino. Qui adpropinquavit se et dixit prefate Jordane: « Quid facis? Tu habes quandam tristiciam in te. Ymo si velis facere ea que ego dicam tibi, ego dabo tibi magnum consolamen ». Quequidem Jordana dixit quod sic. Tunc dictus homo dixit sibi: « Opportet quod tu des michi aliquid ». Que Jordana dixit: « Ego nichil habeo ». Tunc dictus homo dixit sibi: « Des michi aliquam partem tui corporis ». Que Jordana dedit sibi unciam sui digiti indicis manus dextre. Tunc dictus homo dixit sibi: « Opportet quod tu facias plus, videlicet quod tu neges Deum, gloriosam virginem Mariam et sanctum baptisma ». Que Jordana negavit Deum, gloriosam virginem Mariam et sanctum baptisma et in signum [homagii]^{ai} osculata est sibi culum.

Homagium

Item dixit quod hoc facto, dictus homo sibi deposuit dictam unctiam sui digiti indicis manus dextre, et nichil cruentavit.

Item interrogata in qua forma erat quando ipsa osculata est culum, dixit quod in forma unius hominis vestiti de nigro.

Item interrogata quis vocatur, dixit quod vocatur Sathanas. / [p. 215]

Nomen
dyaboli

Item interrogata quomodo loquebatur, dixit quod turpiter et rauce ; et fuit interrogata quid ipse precepit sibi, dixit quod precepit sibi quod numquam faceret signum crucis.

Item interrogata quem credebat illum esse, respondit et dixit quod credebat quod esset dyabolus.

Item dixit quod quadam alia vice, sunt fere duo anni [1475], ipsa habuit debatum cum Girardo Rignaul, qui ivit ad quemdam locum vocatum *Molyt Soula*^{aj 8} et ibi reperit dictam Jordanam. Tunc dicta Jordana, videns dictum Girardum, dixit sibi : « Quid facitis hic ? ». Tunc dictus Girardus dixit sibi : « Tu bene scies » ; dicendo sibi : « Heretica, tu fecisti michi mori unum equum, et habeo unum bovem qui moritur. Ymo ego occidam te ». Et cepit ipsam per brachium, volendo ipsam percutere de quodam securi, sed non percussit, ymo dimisit ipsam. Tunc ibidem venit dictus Sathanas, qui dixit sibi : « Ne cures, ego dabo tibi subsidium et consolationem ». Et tunc ipsa dixit^{ak} quod faciendo omagium, videlicet negando^{al} Deum, gloriosam virginem Mariam et sanctum baptisma, ipsa dedit sibi unctiam sui digiti indicis manus dextre et totum corpus suum et animam.

Forma
homagii

Item interrogata quid precipiebat sibi, dixit quod precipiebat sibi quod quando ipsa reciperet corpus Christi, quod ipsa reservaret^{am} [idem]^{an} et quod portaret sibi.

De corpore
Christi

Interrogata si fecerit, dixit quod sic, quod quadam vice ipsa portavit ad domum suam et posuit in quadam patella <fricando> ipsum.

Item interrogata quid erat infra dictam patellam quando ipsa posuit corpus Christi, dixit quod nichil, sed incontinenti fuit repleta sanguine. Videns hoc, ipsa^{ao} posuit [corpus Christi]^{ap} infra ignem. Qui ignis incontinenti fuit extinctus. / [p. 216]

Item interrogata si omni anno ipsa dabat sibi aliquid, que respondit quod non, sed dictus dyabolus petebat bene sibi quod sibi daret [...] ^{aq 9}. Que Jordana dedit sibi puerum quem habuit versus Grueriam in quodam vilagio vocato Estavaeni, quem ipsa occiderat et sepelierat retro quamdam domum sine baptismo.

Item interrogata si dictus dyabolus deportaverit dictum puerum, dixit quod ar-credit quod sic^{ar}.

Item interrogata quid ipsi faciunt in secta, dixit quod^{as} homines habitant cum mulieribus more brutorum.

Item dixit quod quadam alia vice, ipsa ivit ad quendam locum^{at} supra quendam montem^{au} supra Blonay, ubi ipsi fuerunt congregati in dicta secta.

Interrogata que hora erat, dixit quod prope mediam noctem, et dixit quod bibebant et comedebant.

Item interrogata quid comedebant, dixit quod carnes puerorum.

Item interrogata quem saporem habent dicte carnes, dixit quod bonum et dulcem.

Interrogata de quo videbant, dixit quod erat ignis et candele quarum color erat blovoz.

Item interrogata de quo fiunt candele et luchinum quod ponitur intra, dixit quod fiunt de pinguedinibus puerorum et luchinum de budellis puerorum.

Complex

5 Item interrogata quis habitabat cum ipsa, dixit quod Petrus Bolliet de *Marliez*. / [p. 217]

Item interrogata si magister suus unquam habitaverit cum ipsa, dixit quod non, licet semen quod emittit est frigidissimum^{av}.

10 Item interrogata qui erant presentes, dixit quod non cognovit aliquem. Que fuit assignata^{aw} ad diem crastinam [19.09.1477] ad se advisandum et magis confitendum. Datum die et anno quibus supra [18.09.1477], presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Mermeto Nycodi et Ludovico Nachereti capellanis necnon fratre Stephano Jenodi ordinis fratrum Predicatorum, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

15 [21 septembre 1477]

Anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo septimo die vero XX^{ma} prima^{ax} mensis septembris [21.09.1477], personaliter in castro Ochiaci constituta prefata Jordana ; per quos supra interrogata si sit aliquid advisata et si omnia per ipsam confessata vera sint, que respondit quod non, quia multa confessa est
20 que non sunt vera, videlicet de corpore Christi, quia numquam tractavit eomodo quo confessa est.

Item interrogata si residuum sit verum, que respondit quod non, quia ante dixit quod negavit Deum, quod non est verum quia numquam negavit.

25 Item interrogata si ad instigationem alicuius hoc dixer^{ay}it, que dixit quod non, sed propter fatuitatem^{az} suam ; sed bene est verum quod dyabolus dicebat sibi quod consolaretur eam si vellet facere ea que ipse preciperet sibi, videlicet quod osculatur sibi culum. Que osculata est culum.

Interrogata in qua specie erat, dixit quod in specie unius hominis vestiti de nigro. Quomodo loquebatur, dixit turpiter et voce^{ba} rauca^{bb}.

30 Item interrogata si sit multum, dixit quod sunt viginti anni [1457]. Interrogata quis vocatur, dixit Sathanas.

Item interrogata quem credebat esse illum cui osculata est culum, dixit quod credebat quod esset dyabolus. / [p. 218]

35 Item dixit quod de quodam puero quem habuit non a suo viro Estaven versus Grueram, quem confessa est incontinenti^{bc} post partum occidisse sine baptismo et infoveasse, quod est verum, sed numquam negavit Deum.

40 Qua audita, fuit assignata ad primum adventum dominorum iudicum ad se advisandum, alias sibi continuandum torturam. Datum die et anno quibus supra [21.09.1477], presentibus venerabilibus viris dominis Johanne de Ruppe curato Sancte Crucis Lausannensis¹⁰, Mermeto Nycodi et Ludovico Nachereti

capellanis necnon religioso viro fratre Stephano Jannodi ordinis Predicatorum, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[10 novembre 1477]

Anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo septimo die vero lune ante festum Sancti Martini yemalis [10.11.1477], personaliter constituta prefata Jordana in castro Ochiaci, per venerabilem virum dominum officialem interrogata mediante juramento super sacrosanctis Dei euvangeliiis per ipsam prius tactis :

Primo utrum omnia per ipsam superius confessata sint vera, que sub periculo anime sue respondit et dixit quod sic, nisi quia non tractavit corpus Christi prout dixerat.

Item interrogata ^{bd}-ad quem^{bd} locum ipsa^{be} ibat ad sectam, dixit quod ad quendam locum vocatum *Maret Jenet*¹¹, et dixit quod quando ipsa fuit in dicto [loco]^{bf}, ipsa reperit magistrum suum Sathanas, cui iterum obsculata est culum et negavit iterum Deum ore, sed non corde.

Interrogata in qua forma erat quando obsculata est culum, dixit quod se transfiguravit in forma unius cati.

Interrogata quomodo loquebatur ille, dixit turpiter et rauce, videlicet habebat vocem raucam. / [p. 219]

Item interrogata quomodo ipsa ibat ad dictam sectam, que dixit quod dictus Sathanas magister suus dederat sibi duas pissides, de quibus ipsa ungebat unam sedem et unam scobam, videlicet ipsa ponebat sedem retroverte, videlicet thibias desuper et scobam supra dictam sedem, et ponebat de pinguedinibus sibi traditis supra et post ascendebat supra dictam scobam, et incontinenti ipsa erat in dicta secta ; et non signabat se quando ascendebat.

Item interrogata quare non signabat se, dixit quod magister suus deffenderat sibi.

Item interrogata qua die ipsi vadunt, dixit quod in jovis ante gallicantum.

Item interrogata de quo videbat, dixit quod erat <grussus> ignis coloris blovoz et candeles, sed in igne non apparebant ligna.

Item interrogata quis faciebat candeles et de quo fiunt, dixit quod nescit quis faciebat ; de quo erant, dixit quod de pinguedinibus puerorum et luchinum^{bg} de budellis.

Item interrogata quid faciebant^{bh} in dicta secta, dixit quod bibebant et comedebant panem et carnes puerorum.

Item interrogata si comederit et quem saporem habent, dixit quod comedit et quod habent bonum saporem.

Item interrogata quis adportavit dictas carnes, dixit quod nescit, quia quando ipsa applicuit dictum locum, jam dequoquebantur in quodam grosso cacabo.

Item interrogata si comedebant satis, dixit quod satis comedebant et bibebant, sed facta cena ipsa tantum famebat sicut si nichil comedisset. / [p. 220]

Item interrogata si magister^{bi} suus comedebat cum ipsis, dixit quod non.

Item interrogata quid faciunt post cenam, dixit quod ignis extinguitur et quod
5 apparet quod numquam fuisset ignis. Et hoc facto, homines habitant cum mulieribus more brutorum, videlicet per ultra naturam.

Item interrogata qui erant presentes, [dixit quod]^{bj} Nycodus Redet [qui]^{bk} defunctus est, Johannes Rossaz, Thomas de Myvilla de Tractaul parrochie de
10 Attallens, Nycolleta filia Nycodi Roppraz parrochie de Chastel et Marguereta
^{bl}-douz Molar^{bl}. Et aliud nescit, quare fuit assignata ad primum adventum dominorum ad se advisandum. Datum die et anno supradictis [10.11.1477], presentibus venerabilibus viris dominis Bartholomeo Bussillieti in utroque jure bacalario et curato Sancti Pauli Lausannensis, Petro Pugerii capellano, testibus ad premissa vocatis.

15 [13 novembre 1477]

Anno quo supra die vero jovis post festum Sancti Martini yemalis [13.11.1477], in palatio¹² domini nostri Lausannensis¹³ Lausane personaliter constituta prefata Jordana, per venerabilem virum dominum officialem interrogata utrum omnia per ipsam confessata vera sint, que respondit quod sic; et si velit addi vel
20 diminui aliquid^{bm} in suo processu, que^{bn} respondit quod non.

Qua audita, procurator fidei instans et prefata Jordana inquisita petierunt concludi et diffiniri.

Quibus auditis, conclusit dominus, assignando dictas partes ad diem crastinam ad audiendum jus. Datum die et anno quibus supra [13.11.1477], presentibus venerabilibus viris dominis Rodulpho Barberii et Petro Bollieti capellanis
25 Lausannensis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[Signature :] De Cresto [Seing/signe notarial] / [p. 221] / [p. 222] / [p. 223]
† / [p. 224] / [p. 225]

[10 novembre 1477]

30 ¹⁴En Meret Jenet et ibi reperit magistrum suum Sathanas et ibi osculata^{bo} est culum, et ^{bp}-se transfiguravit^{bp} in forma unius cati, et ibi negavit Deum.

Interrogata quomodo loquebatur, dixit quod rauce.

Interrogata qui erant presentes, dixit Nycodus Redet [qui]^{bq} defunctus est, Johannes Rossaz parrochie de Chastell [qui]^{br} defunctus est, Thomas de Myvilla de Trattaul parrochie de Attallens, Nycolleta filia Nycodi Roppraz parrochie
35 de Chastel, Marguereta douz Molar.

Interrogata quomodo ibant, dixit quod magister suus dederat^{bs} sibi duas pisces, de quibus ungebat unam sedam quam ponebat, dixit, tibias desuper et

ponebat scobam et ascendebat supra ; et non se signabat quia magister suus^{bt} sibi precepit^{bu}.

Interrogata qua hora ibant, dixit quod^{bv} ante gallicantum et in die jovis.

Item dixit quod comedebant carnes puerorum et comedit, sed numquam sa-
turebantur.

Item dixit quod erat ignis blovoz et quando recedebant non apparebat ignis.

Interrogata si magister suus comedebat cum ipsis, dixit quod non.

Item dixit quod erant candele coloris^{bw} blovaz ; de quo fiunt, de pinguedini-
bus puerorum et luchinum de budellis.

Item in quodam loco vocato *En Laz Mollyt*, [vidit]^{bx} Petrum Thoma.

Datum die lune ante Martini [10.11.1477], presentibus venerabilis^{by} viro do-
mino Bartholomeo^{bz} Bussillieti in utroque jure bacalario et curato Sancti Pauli
et domino Petro Pegerii.

Anno¹⁵ / [p. 226] / [p. 227]

Processus Jordane de Balmis *deis Chaulx* parrochie de Corsier

Reperta sunt nomina accusatorum

Extracta sunt nomina accusatorum

Original : ACV, Ac 29, p. 208–227 ; Papier.

Édition : Maier 1996, p. 333–361.

Littérature : Reymond 1908, p. 11–12 ; Reymond 1909, p. 90–91 ; Kieckhefer 1976, p. 91–92, 138 ; Blau-
ert 1989, p. 76–77 ; Ostorero 1995, p. 294 ; Maier 1996, p. 81, 116–119, 152–153, 175 ; Modestin 1999,
p. 75 ; Ostorero 2005, p. 364 ; Ostorero et al. 2007 ; Pittet 2010, p. 205, 216 ; Ammann-Doubliez et al.
2014, p. 164 ; Ostorero 2014, p. 94–96 ; Modestin 2019, p. 54.

a Ajout en haut de page.

b Correction au-dessus de la ligne, remplace : Secunda.

c Changement de main : main secondaire (B).

d Correction par-dessus, remplace : Balmis.

e Suppression par biffage : dominus.

f Correction à la hauteur de la ligne, remplace : de.

g Manquant (1 mot).

h Suppression par biffage : per.

i Ajout à l'hauteur de la ligne d'une main plus récente avec une autre encre.

j Omission, complété(e) par analogie.

k Suppression par biffage d'une main plus récente.

l Changement de main : main principale (A).

m Corrigé de : ante esse.

n Corrigé de : quod.

o Corrigé de : ni.

p Suppression par biffage : di[e].

q Suppression par biffage : Domini.

r Corrigé de : ante.

s Suppression par biffage : mans.

t Corrigé de : baptisatus et sepultus.

u Suppression par biffage : est.

- v *Suppression par biffage* : un.
- w *Correction par-dessus, remplace* : ibus.
- x *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : is.
- 5 y *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : is.
- z *Suppression par biffage* : per[iculum].
- aa *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : q[uo].
- ab *Suppression par biffage* : v[adit].
- ac *Suppression par biffage* : de.
- 10 ad *Corrigé de* : in.
- ae *Suppression par biffage* : octava.
- af *Suppression par biffage* : beate.
- ag *Suppression par biffage* : bi[bunt].
- ah *Corrigé de* : hora.
- 15 ai *Omission, complété(e) par analogie.*
- aj *Suppression par biffage* : z.
- ak *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : ded[it].
- al *Corrigé de* : negado.
- am *Corrigé de* : reservare.
- 20 an *Omission, complété(e) par analogie.*
- ao *Suppression par biffage* : poss[uit].
- ap *Omission, complété(e) par analogie.*
- aq *Manquant (1 mot).*
- ar *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : sic.
- 25 as *Suppression par biffage* : h[omin]es.
- at *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : loq[um].
- au *Corrigé de* : monte.
- av *Corrigé de* : frigidissum.
- aw *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : ad[signata].
- 30 ax *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : vicesima.
- ay *Ajout au-dessus de la ligne.*
- az *Corrigé de* : fatuetatem.
- ba *Suppression par biffage* : m.
- bb *Corrigé de* : raucam.
- 35 bc *Suppression par biffage* : l.
- bd *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : in q[o].
- be *Corrigé de* : ipsi.
- bf *Omission, complété(e) par analogie.*
- bg *Corrigé de* : luchnum.
- 40 bh *Corrigé de* : faciebam.
- bi *Corrigé de* : magister magister.
- bj *Omission, complété(e) par analogie.*
- bk *Omission, complété(e) par analogie.*
- bl *Correction à la hauteur de la ligne, remplace* : Samatg.
- 45 bm *Suppression par biffage* : no[n].
- bn *Corrigé de* : quod.
- bo *Corrigé de* : olulata.
- bp *Corrigé de* : transfiguravit.
- bq *Omission, complété(e) par analogie.*
- 50 br *Omission, complété(e) par analogie.*
- bs *Suppression par biffage* : sibi d.
- bt *Suppression par biffage* : non.

- bu *Corrigé de : preceptet.*
- bv *Suppression par biffage : antequam.*
- bw *Suppression par biffage : per.*
- bx *Omission, complété(e) par analogie.* 5
- by *Correction par-dessus, remplace : veneri.*
- bz *Correction à la hauteur de la ligne, remplace : Bacho.*
- 1 *Il s'agit de l'official Baptiste d'Aycard.*
- 2 *Il manque le verbe.*
- 3 *Biffé plus tard, car le biffage est effectué avec la même encre noire que l'ajout précédent.* 10
- 4 *La date complète est donnée à la fin de cet interrogatoire.*
- 5 *Il s'agit sans doute de Rolet de Montoux, mentionné comme châtelain d'Ouchy dans le procès de Jaquet de Panissère (SDS VD D/1 14 : ACV, Ac 29, p. 255, 258).*
- 6 *La date complète est donnée à la fin de cet interrogatoire.*
- 7 *Probablement la salle où se tiennent les interrogatoires.* 15
- 8 *Lieu-dit au nord-est de Corsier.*
- 9 *Il manque le complément d'objet direct.*
- 10 *Le curé de la paroisse de Sainte-Croix dessert l'autel du même nom situé dans la cathédrale de Lausanne.*
- 11 *Ce lieu n'a pas pu être identifié, mais se situe dans la région de la Riviera lémanique.* 20
- 12 *Château Saint-Maire, qui se trouve au quartier de la Cité, à Lausanne (Mottaz 1982 I, p. 382).*
- 13 *Il s'agit de l'évêque Benoît de Montferrand, également seigneur temporel de la ville de Lausanne.*
- 14 *Commence ici le brouillon du 10 novembre 1477.*
- 15 *Le brouillon s'arrête ici.*